

J U S T I T I Æ
NATURALIS, ET ROMANÆ
NOVUM SYSTEMA
A U C T O R E
SAMUELE L. B. DE COCCEJI

Summi Regni Borussici Cancellarii, Ministri Statu^s
intimi, Aquilæ Borussicæ Equitis &c.

I N Q U O

Præmisso principio generali omnia iustitiae naturalis
præcepta complectente, demonstrantur

I. JURA DEI IN HOMINES;
NEC NON EXPO NUNTUR

II. JURA HOMINUM INTER SE

Juxta tria juris Romani objecta; simulque universum
Jus ROMANUM in artem redigitur.



LAUSANNAE,
Sumptibus MARCI MICHAELIS BOUSQUET
& Sociorum.

M D C C L X I I .



CONSPPECTUS TOTIUS OPERIS.

LIB. I.

De Justitia & Jure naturali in genere. p. 1

Cap. I. de ejus necessitate , utilitate , & præstantia .	2
II. de Præcognitis Juris Naturæ .	6
III. de variis ejus significationibus.	8
IV. de variis circa ejus existentiam opinionibus : modisque proban- di ex ratione defumtis .	11
V. Existentia juris naturalis proba- tur , ejusque regula generalis pro- ponitur .	19
VI. de definitione , causa , subiecto & effectu Juris Naturalis .	24

LIB. II.

De Jure Dei in homines. p. 37

Cap. I. de Juribus quæ Deo propria sunt , i. e. de cultu divino , ejusque causa , subiecto , objecto , effectibus .	38
Cap. II. de cultus divini partibus .	40
III. de Jure Dei in corpus & vitam hominum , item in res terræ .	45



LIBER PRIMUS.

DE JUSTITIA NATURALI IN GENERE.

PROEMIUM.

§. I.



OVUM in scenam produco systema juris naturalis, quod præcipue ad illustrationem juris Romani ex ipso iure Romano composui.

Jurisprudentia Romana ideo saltem obscura, & rationi sapientius minus conveniens videtur,

quia Corpus illud, juris quod vocant, absque omni ordine, tum titulorum, tum legum, compilatum, principia autem generalia, ex quibus singulæ leges, tanquam totidem conclusiones sequuntur, nullibi exposita sunt, et si leges illæ plerumque rationibus naturæ adstruantur.

§. II. Hæc principia generalia, hos fontes legum Romanarum, id est rationes naturæ, quæ in corpore illo dispersæ sunt, præsenti opere proposuimus: adeoque jura Romana ex suis principiis, id est ex ratione naturali deduximus; eoque probavimus, *Jus Romanum vere ex principiis Juris naturalis, & gentium collectum esse.*

Sam. de Cocceii Intr. ad Grot.

A

§. III.